Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Prolegomena in logicam - Cod. Ettenheim-Münster 276

[S.l.], [17. Jahrh.]

Quaestio proemialis

urn:nbn:de:bsz:31-129925

Visual Library

In Caput 14 de modis habere

Septem modos habendi hoc cap: enumerat Aristoteles 1o n. dicimur habere qualitatem ut habere scientiam 2do quantitatem ut habere tres ulnas longitudinis 3io habere aliquid circa se ut vestem aut ornatum aut in parte sui ut habere annulum in digito 4to partem ut habere manum 5to habere ut contentum ut qui vas habet aquam intra se 6to ut rem possessam ut habere agrum 7o dicitur vir habere uxorem uxor virum, Et licet forte sint modi habendi tamen hos vulgatiores suo tempore fuisse dicit Aristoteles — Septem modi: 1o 2o 3o 4o 5o 6o 7

In Libros Peri Hermenias.

Quæstio proemialis.

Quoniam Aristoteles omnia quæ tractat in suo organo ad argumentum vel syllogismum reducit syllogismus autem constat enunciationibus: enunciatio prædicato et subiecto incepit Aristoteles in prædictis tractare coordinationem rerum simplicium ut haberemus cognitionem coordinem conceptuum et vocum inter se quæ loco rerum orationem ingrediuntur absoluta ergo simplicium tractatione transit ad explicandas enunciationes quæ ex his componuntur unde etiam colligitur quis sit finis et scopus huius libri Est enim

est explicare enunciationem ut habeamus materiam præparatam pro constructione syllogismi.
Inscribitur hic liber peri Hermenias latine de interpretatione ob explicationem eius apud Toletum hic in 1o fundamento 1o quia per enunciationem quasi interpretamur et explicamus mentem nostram et multo magis quia enunciatio est interpretativa seu significativa et quasi vicaria rerum in compositione sive in affirmatione et negatione significante rerum complexionem ubi obiter nota responsione ad illud quæsitum utrum interpretatio dicatur de sola enunciatione an etiam de vocibus et cæteris orationibus ut sunt deprecativæ imperativæ etc. vide cum D. Thoma hic, Toleto Conimbricensibus Rubeo contra Boetium nec voces simplices nec dictas orationes proprie dici interpretationes ratio S. Thomæ est quia interpretatio est significatio rei veræ vel falsæ sed per solam enunciationem exponimus verum vel falsum ergo hæc sola est proprie interpretatio voces autem simplices sunt tamen principia et partes huius interpretationis cætera vero orationes ordinantur ad exprimendos affectus magis quam ad veritatem vel falsitatem. Obiectum materiale horum librorum non est oratio in communi sed enunciatio quæ est species orationis probatur ex inscriptione libri quia cum hic agatur de interpretatione sive significatione veri vel falsi idque conveniat soli enunciationi non orationi in communi

enunciatio non oratio obiectum est deinde quia hic tractat conversiones oppositionesque quae conveniunt soli enunciationi ultimo quia si oratio esset obiectum deberent tractari eius species oratio optativa imperativa et quod non fit. nota autem non solam enunciationem simplicem esse obiectum sed et coniunctam et hypotheticam adeoque enunciationem in communi esse obiectum huius libri ratio est quia ut patet ex cap: 4. Aristoteles enunciationem dividit in unam et plures simplicem et coniunctam et ambas explicat 2do quia et enunciatio hypothetica verum significat quamvis ex hypothesi et ita communiter sentiunt authores, ut videre est apud Conimbricenses, obiiciunt nonnulli apud Rubeum hic 1o non explicari enunciationem hypotheticam sed paucissima de ea tradi. Respondeo haec pauca sufficere quia non est necesse de eo multa tractare ut potè non ita usitata et huius plurima exempla sumi possint ex simplici. ob. 2do hic tractari enunciationem in ordine ad libros priorum in quibus tamen agitur de syllogismo simplici ergo quoniam hypothetica enunciatio non potest esse pars syllogismi simplicis non erit pars huius operis. Respondeo 1o dubium esse utrum tamen agat de syllogismo simplici in prioribus Rubeus enim hic illorum obiectum vult esse syllogismum in genere alii aut ponunt ... Respondeo 2do hic tractari enunciationem in ordine ad libros priorum non tamen

Not. (margin beside line 4)

divisio enunciationis. (margin beside line 9)

Ob. (margin beside line 14)

Rx (margin beside line 17)

Ob. 2o (margin beside line 20)

Rx. (margin beside line 24)

ut de facto tractatur sed et ut potuissent tractari nimirum in ordine ad syllogismum in comuni. Ob. 3o.
zio enunciatione hypothetica non significare absolutam veritatem sed tantum ex hypothesi antique aut per interpretationem illuxisse veritatem absolutam.
R. tam sed hic posterius eadem iure negari quo affirmatur. Nota 2do enunciationem vocalem esse objectum
Nota 2o. tractatus huius libri non mentalem colligitur ex primo cap: ubi Aristoteles indirecto ait voces esse signa eorum quae sunt in mente ut illa quam ita rem esse in intellectu sint per voces quae explicantur et proferuntur
Ob. exprimitur. Ob: 1o Logica considerat tantum quatenus modum discendi vocales ergo etiam quatenus videas hic considerat enunciatio vocalis et per se mentalis sed
R. etsi Logica per se tantum consideret mentales disputationes tamen quia docet Logicam ut facit Aristoteles quoque et per accidens assumit pro objecto tractationis vocales ut clarius doceatur mentalis itaque sicut in praedictis tractatur res ut cognoscantur conceptus ita hic enunciatio vocalis ut cognoscatur mentalis sive quod idem est enunciatio vocalis est objectum tractationis mentalis est objectum intentionis sive id quod intenditur per enunciationem vocalem.
Ob. Ob. 2do operationes mentales possunt dirigi sine vocali ergo non est necessarium ponere objectum vocalem enunciationem sed omnino non fuisse
R. necesse noluisse tamen Aristotelem ponere quia ita placuit

Nota 3io tertiam rationem sub qua considerat enunciatio est interpretatio sive quod idem est signatio complexionis seu coniunctionis quae est in rebus et con.. sequenter obiectum tertium quod est enunciatio significans rerum compositionem ita habentur apud Toletum huius obiectum partes sunt nomen et verbum attributa esse universalem particularem affirmativam aut negativam veram aut falsam probatur quia non potest assignari .. alia ratio non n. hic consideratur ut est M vel m. vel conclusio sic n. consideratur in libris priorum nec quate.. nus est probativa quia ut sic vel est necessaria et pertinet ad libros posteriorum aut probabilis et pertinet ad to.. picos aut est ita falsa ut videatur probabilis vel necessaria et pertinet ad elenchos. Dividitur hoc opus apud La.. tinos in duos lib: apud graecos uno continetur in primo agitur de partib: enunciationis nimirum de nomine et verbo et eius natura nimirum de quantitate qualitate oppone. in 2do traduntur modi variandi et multi.. plicandi orationem

Nota 30.

In Caput 1. de signis

Dividitur hoc caput in duas partes in 1a propo.. nit se acturum de nomine, verbo, enunciatione, oratione. in 2da docet 1o voces esse signa con.. ceptuum, scripta vocum; 2do scripta et voces non esse easdem apud omnes, sive non idem apud omnes signare, conceptus vero esse eosdem.